Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



clamantis. et domus impleta est
fumo. et dixi. Ve michi quia tacui.
quia vir pollutus labiis ego sum.
et in medio populi polluta labia ha
bentis ego habito. et regem dominum ex
cituum vidi oculis meis. Et vola
vit ad me unus de seraphim. et in
manu eius calculus quem forcipe tu
lerat de altari. et tetigit os meum. et
dixit. Ecce tetigi hec labia tua. et auf
eretur iniquitas tua. et peccatum tuum
mundabitur. Et audivi vocem domini
dicentis. Quem mittam. et quis
ibit nobis. Et dixi. Ecce ego. mitte
me. Et dixit. Vade. et dic populo huic. Au
dite audientes. et nolite intelligere.
et videte visionem. et nolite cognos
cere. Excecta cor populi huius. et aures
eius aggrava. et oculos eius claude.
ne forte videat oculis. et auribus su
is audiat. et corde suo intelligat. et
convertatur et sanem eum. Et dixi. Vis
que quo domine. Et dixit. Donec
desolentur civitates absque habitato
re. et domus sine homine. et terra
relinquatur deserta. et longe faciet do
minus homines. Multiplicabitur
que derelicta fuerat in medio terre. et adhuc
in ea decimatio. Et convertetur. et erit in
ostensione sicut terebintus. et sicut
quercus que expandit ramos suos.
Semen sanctum erit id quod steterit in ea.

Capitulum. vii.

Et factum est in diebus achaz filii yo
athan. filii ozie regis iu
da. ascendit rasyn rex syrie. et pha
cee filius romelie rex israel. in ierusalem
ad preliandum contra eam. et non po
tuerunt debellare eam. Et nuntia
verunt domui david dicentes. Re
quievit syria super effraym. et commo
tum est cor eius. et cor populi eius et
cor populi eius sicut movetur ligna
silvarum a facie venti. Et dixit dominus ad
ysaiam. Egredere in occursum achaz
tu et qui derelictus est yasub filius
tuus. ad extremum aque ductus
piscine superioris. in via agri fullo
nis. et dices ad eum. Vide ut sileas.
Noli timere et cor tuum ne formi
det a duabus caudis ticionum fumi
gantium istorum. in ira furoris rasyn.
regis syrie. et filii romelie. eo quod con
silium inierunt contra te malum. syria.
et ephraim. et filius romelie dicen
tes. Ascendamus ad iudam et susci
temus eum. et evellamus eum ad nos.
et ponamus regem in medio eius filium
tabeel. Hec dicit dominus deus. Non
stabit. et non erit istud. sed caput syrie
damascus. et caput damasci rasyn.
Et adhuc lxv. anni. et desinet ephra
ym esse populus. Et caput ephraym sa
maria. et caput samarie filius rome
lie. Si non credideritis. non permanebi
tis. Et adiecit dominus loqui ad
achaz dicens. Pete tibi signum a
domino deo tuo in profundum infer
ni. sive in excelsum supra. Et dixit
achaz. Non petam. et non tempta
bo dominum. Et dixit. Audite ergo domus
david. Numquid parum vobis est mo
lestos esse hominibus. quia molesti
estis et deo meo. Propter hoc dabit do
minus ipse vobis signum. Ecce ver
go concipiet et pariet filium. et voca
bis nomen eius emanuel. Butyrum
et mel comedet. ut sciat reprobare ma
lum et eligere bonum. quia ante quam
sciat puer reprobare malum et eligere
bonum. derelinquetur terra quam tu detesta
ris. a facie duorum regum suorum. Adduc
et dominus super te et super populum tu
um. et super domum patris tui. dies
qui non venerunt a diebus separationis
ephraym a iuda. cum rege assyri